

lio. **M**odo queritur an impetratio facta concessione que per unum pontificem facta talis beneficii titulus ipse trans aliquam penam incidat de iure communi ordinariam uel extraordinariam. Et primo videtur quod sic per I. Paulus §. Paulus. ff. de lega. pro hoc. l. si absentis. §. i. z. l. legatum ego. ff. de hoc. qd no. Bar. in. l. is qui eo. ti. In contra rium facit. d. l. is qui. ff. de delegat. ubi prohibet legatum dare libellum sine permisso principis: ergo cum permisso eius permittitur. Secundo pro ista parte facit glo. ibi imposita dum dicit libellum. l. conventionalé quasi secus in supplicatorio. Tertio quod qui supplicat principi non comitit actus delicti ut in antea. que supplicatio. C. de preci. impe. offe. z persone alias inhabilis supplicatio admittat. l. i. eo. ti.

Non ob. contraria quod quandoque de ciuitate aliqua mittitur legatus ad principem z libellum conventionalé non potest corrigere. d. l. is qui cum glo. d. supplicatorio alij quia principi non potest principis permisso ita verificetur dictum Bar. ibi positum aut de supplicatorio ipsi principi potest et impune. Casus est in. d. l. is qui: nam ibi permittit corrigere libellum generale principe permittente. Sed in hac permissione obtinenda nemo dubitat quod ibi principi supplicatur: ergo bene sequitur quod libellus supplicatorius potest impune corrigi principi: z ideo quod princeps supra legem est z semper videtur cum seipso dispensare argu. ff. de re iudi. l. quidam consulebat in fi. nec predictis ob. quod permissio debeat precedere quod verum in actum gerendo cum tertio non cum ipso principe. **D**eterea z si aliter dicitur ergo inferior ponere legem superiori quod non est dicendum predicta omnia presupposito quod papa sit noster princeps quod in dubio renocatur.

Super **D**uncto predicto allegata sunt quasi omnia z si uera sunt proponuntur supplicatio pontifici legatione durante nullam penam incurrit legatus cum illa propria autem aliena legatione durante iracundie prohibetur per que alienationis incumbentis officio vacaret z per hoc reipublice ciuitatis aut domini sui infertur preiudicium z iactura: z ideo legationem deserere aut moram non opportuna facere licitum non est legatis z contrarietas mouentur ab ordine z extraordinarie puniuntur. ff. de leg. l. i. cōiuncta. l. ij. §. i. eod. ti. **L**eterum omnia quecumque agere uoluerunt per que nec officium deseratur nec damno moram contrahitur sine dubio agere potest etiam nulla necessitate cogente z hoc sentit glo. ex preesse in. l. legatus. i. in. ij. solutione contrarij ad. l. ij. §. sed si. ff. de iudi. licet ibi Ray. teneat primam sed hec placet quia hoc solum legislator in persona legatorum aduertit an per ea que faciunt uel alij uolunt facere cum eisdem a munere reuocetur z illa prohibuit sibi ex necessitate causa an non reuocetur z illa actum z passim concessit. ff. de iudi. l. non aliter. §. iul. z. l. de eo cum. l. se. **H**inc descendit quod hereditatem adire potest z restitutionem hereditatis recipere ex iure. ac etiam contrahere possunt legatione durante cum per actum tales nullatenus auocant ut dictis iuribus z. l. sed si restituantur eo. ti. sic intelligo. l. legatus creatus ff. de lega. licet glo. ibi aliter sentiat dum dicit in domini specialis. **H**inc descendit quod consilium cum amico gratis participant quod actus consulendi expeditur sine damno rei publice z dilacione longa non gratis autem non sicut sunt aduocatorum z doctorum z medicorum consilia que accepta pecunia prestant z longum solent tractatum habere. l. Paulus in fi. de leg. z ideo uno uerbo ad omnia iura dicitur legatus legatione durante nec suis nec alienis negotijs se interponere nec libellum dare quod omnia limitant cum per talia exercitia aduocantur a munere ita quod deserunt aut dilant cum preiudicio z iactura legatos mittentes ut superius est probatum. **I**sti ergo senatusconsultum non incidunt ex quo legationem non deserunt neque ledunt ut. d. l. legatus creatus. cum autem desertio damni aut longa mora contrahitur hoc non habet nisi necessitate suggerente ut. d. l. ij. uel nisi permisso principis. i. superioris sui eum transmittens non ualeat sic intelligi. l. is qui. ff. de leg. si etiam transmittitur ad principem cui subesset transmittens: dico adhuc idem per. d. l. si is qui serui alium intellectum z bonum nihil enim illicitum est quod sit principe auctore. **C**oncludo igitur ex premissis quod cum legatus nec moram damnosam nec desertionem muneris sibi iniuncti aliam iacturam ex supplicatione contraxisse dicat imo munus sibi iniunctum perficit

quod nulla pena dignus est et si collega suus suus deseruit set officium. ff. de leg. l. ij. §. cessatio. **P**ro hoc etiam facit quod licitum est legatum munera sumere ab his ad quos tras mittit potissime a cessare sic fecerunt legati mediolanenses in. l. si uero. §. item quicquid lo. ma. z. l. qui proprio. §. in certis de procura. ibi per Eul. z Bart. z per Ly. in l. manifestissime hoc etiam nostris temporibus innoluit. vbi recordor Bartolm Legerium z Ihenm d. michelotis de perusio ad Charolum quartum pis. accessisse legatos comunitatis perusij z tunc Bar. impetrauit ab eo arma imperatoris. l. leone bicardam z habuit z alij z ipse interpellauerunt comitatum sacri palatii z habuerunt nonnulli etiam florentini nobiles accidentes ad curiam apostolicam beneficia impetrauerunt z obtinuerunt si igitur essent omnes puniendi multa iaceret strages nec est reprobandum quod moribus approbatur. ff. de ipon. l. sufficit de lega. l. i. si quis honorum z. ff. de usufru. l. si quis donata rias cum fini. ubi est bonus tex. Ego Zinge. cccxx.

Res **L**egationum huiusmodi statuta a comuni florentie confirmata que de electione notarij dicte artis disponunt quorum statutorum particula talis est quod. xij. notarij mitti debeant ad partitum inter ceteros qui habent potestatem eligendi a statuto z ille notarius qui plures fabas habuerit sit z esse intelligat notarius artis z quicquid in contrarium fieret non ualeat nec tenet ullo modo sed ipso facto sit nullus efficacit uel momenti sit electio notarij nisi ordinata predicta die. ix. Januarij pro uno anno incobando die. xxv. Junij tunc proxime secuturi deinde sit congregatio corporis z universitatis predictae quod corpus z universitas faciunt cassationem quarumcumque electionum factarum de notarijs dicte artis a die. xx. Januarij retro infra quod tempus est facta electio supra dicta. queritur an electio supradicta facta secundum ordinamenta predicta z ut supra dicitur cassari ualeat an non z utrum potuerit per dictum tempus cassari an non precipue cum nulla causa subsit ex qua dici possit illum electum fuisse remouendum z si qua proponeretur nunquam fuit de ipsa cognitum uel discussum.

Uod **R**euocatio predicta sit z efficax probatur rationibus infrascriptis **P**rimo quod electio pertinet ad universitatem igitur z reuocatio ex quo per reuocationem electus damnus non sentit sic est in proposito. q. probatur hoc. ff. quod cuiuscumque uni. no. l. item eorum. §. decurio. in fi. z in remotione officialium est expressum in cor. de defen. ciui. §. interim facit optime in sti. man. §. preterea. ff. de iudi. l. iudicio soluitur. **S**ecundo quod non proponitur electionem presentem electo. unde non sunt eligentes in aliquo obligati electo quoniam obligatio non contrahitur inter absentes non interueniente nuncio uel epistola. ff. de actio. z obli. l. obligamur. Si igitur universitas per talem electionem in nullo obligata est ergo potest illam ad libitum tollere z cassare quod per cassationem nulli preiudicium generatur: est enim electio donum quoddam in absentem collatum per quod ius electo non queritur antequam sibi enuncietur hoc per nuncium uel epistolam C. de la. san. eccle. l. illud. §. si. ff. de donat. l. absentes. imo re integra renocatur eo. ti. l. qui sexum. ideo dixit Jo. an. quod licet gratia fiat absentis ut. l. labeo. ff. de iureiur. tamen per eam non queritur ius in re sed ad re tantum de rescrip. c. gratia li. vi. in glo. ma. z de preben. si tibi absentis eo. li.

Tertio quod per electionem ad officium etiam acceptatione secuta transiri videtur in contractum nominatum facio ut facias in quo re integra penitentia locus est. ff. de condi. ob. cau. l. si pecuniam de prescrip. ver. l. natura. C. pre. per mu. l. ex placito z. l. rebus: ergo licitum fuit uniuersitati penitere se dictam electionem fecisse potissime hoc videtur verum si alius fuisset electus z positus in electione officij nam quotiens duobus idez donatur ille potior est cui possessio primo est tradita. C. de rei ven. l. quotiens. ff. de pu. bli. l. sin autem. §. si duobus. **Q**uarto quod dicta electio est quedam interlocutoria per quam uoluntas agentium declaratur unde contrario imperio renocari posse videtur. ff. de re iudi. l. quod iussit. **Q**uinto quod electio consistit ex meris z puris motibus eligentium ergo merito z puro motu eorumdem renocatur. ff. de solui. l. prout quisquam de regu. in. l. nil tam naturale de pac. l. si unus. §. pactus in prin. de lega. l. si mihi